



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XXC. Io. Christophoro Lucio Consil. VVirtebergico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

XXC.

Io. Christophoro Lucio

Confil. VVirtebergico.

*Scire nihil sese, qui scit, tenet omnia summa;
Et recta sapiens tendit ad astra via.*

XXCI.

De morte Nicolai Ru-

dingeri Pisouernatis.

*Dum me valle Bacænis in ferina
Lymphis membra videt sacris lauante;
Lymphis te periisse VVisbadenis
Scribit Posthius ille, NICOLAE:
Communis meus, & tuus sodalis.*

*O factum malè! bellus ille vates,
Quem plus Musæ oculis suis amabant,
Et doctæ Charites, & ipse Phæbus:
Et quantum est hominum politiorum:
Mellitus simul, elegansque vates,
Vitales moriens reliquit auras!
O tristes mihi nuncij, malique!*

*Sed lamenta nihil, nihil querela
Profunt, aut lacrymæ. pium ac beatum est
Fatis cedere: cœlitum voluntas
Quæ fert optima. namque totus haud es
Mente, ac corpore mortuus: perennè*